



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

62. In Festo omnium SS. in 6. Stationes divisa. O Israel quam magna est
domus Dei & ingens locus possessionis eius. Baruch. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

in Babylonem Apostolorum corpora reduci imperavit, ubi sua erant Regia; atque ibi Ecclesiam eorum sacris pignoriis concedendam edificavit. Hæc passim in eorum referuntur Legenda. Quicquid sit, certum hoc est, facta eorum corpora postmodum translata fuisse Romam, & in Basilica S. Petri reposita esse, ut juxta eum mortui conderentur, quem in vita dilexerunt, quemque Caput omnium Apostolorum à Christo constitutum agnoverant. Hoc etiam congruebat, ut non separaretur Simon à Simone, Simon zelotes à Simone Petro: ut sicut nomine & fide non fuerant separati, ita non separarentur cultu & ejusdem loci religione. Illud quoque novimus. Judam Apostolum S. Bernardo Abbati fuisse maxima veneratione ac deliciis. Auctor enim vitæ S. Bernardi c. 7. narrat, ipsum reliquias S. Judæ Hierosolymis ad se missas mirâ devotione excepisse, & adeoque mortuorum jussisse eas seum sepeliri, & pectori suo superponi: *Usque devotionis & fidei intus, ut eidem apostolo in die communis resurrectionis adhaeret*, inquit, idem. Poterat ergo dicere S. Bernardus ex affectu erga hunc Apostolum & sacri ejus corporis pignus: Quam beatipedes, quam beata membra, evangelizantis pacem, annunciantis bona, & nuncfuentis pacillâ quam evangelizabat, & bonis æternis, quæ annunciat.

Concludamus igitur nos, & reperamus de his duobus scitibus: *Quam speciosi pedes evangelizantium*, quam speciosi & amabiles pedes ambulantium in hac via lutoâ sine sorte, sine crimine ambulantium super mare & flutibus hujus sæculi sine discrimine! Quam validi, quamque potentes pedes sonculantium & conterentium caput serpentis & super aspidem & basiliscum ambulantium, ut ultra calcaneo nostro non prævaleat! Quam speciosi & amabiles pedes vinculis & compedibus pro Christi amore & fide contracti, dicente Cypriano universim de Martyribus: *Imposuerunt compedes pellibus vestris, & membra salvia ac Dei templa infamibus vinculis colligantur, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione violetur. Ornamenta sunt ista, non vincula: nec Christianorum pedes ad infamiam populant, sed clarificant ad coronam. O pedes salutaris vinâ, qui itinere salvari ad Paradisum diriguntur! O pedes in saculo ad tempus ligati, ut sint semper ad Dominum liberi!* Hæc Cyprianus epist. 2. ad Martyres.

An verò pulchri solum pedes Martyrum, vel Apostolorum, ambulantes quoquò versus ad aliorum conversionem, aut vindictam propriam salutem? Immodò quam speciosa & amabiles manus eorum præclara opera & miracula ac portenta in conspectu cæli & terræ operantium! Quam speciosa lingua & labia laudantium & benedicientium Dominum perenni laude & benedictione! Quam speciosi oculi cœlum continens, intuentium & lachrymis turgentium diuini verbi semen, ut fructum afferret in patientia! Quam speciosa & pretiosa corde alger.

nantium amorem sæculi, amoremque omnem terrenum, & non nisi amorem Dei cœli respirantium. Quam pretiosa membra, quam speciosa animæ seles perfectè immolantium in Dei honorem, & offerentium in consummatum & perenne holocaustum!

DA nobis, Domine Jæsu, amplecti toto cordis affectu pacem quam hi Apostoli tui evangelizarunt, amplecti salutem & gratiam quam annunciarunt, & sequi vestigia eorum, per quæ super montes evangelicæ perfectionis nobis præverunt. Da nobis eorum venerari & imitari fidem & zelum, patientiam & charitatem, fortitudinem & perseverantiam, ut qui per eos ad agnitionem nominis tui venire nos fecisti, etiam concedas eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere, donec tandem ipsorum beato confortio digneris æternum associare.

IN FESTO OMNIUM SANCT.

O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens loci possessio ejus! Baruch. 3.

Omnes Sancti & Sancta Dei, intercedite pro nobis.

Regina Saba in Jerusalem progredita ut videret Regem Salomonem, cum considerasset attentam mentem sapientiam ejus domum quam edificaverat, eibos mensæ, habitacula servorum, ordines ministrantium, stupebat supra modum, & quasi extrase raptâ non habebat ultra spiritum. Quapropter ad se rediens exclamat: *Major est sapientia & opera tua quam rumor, quem audivi, media pars mihi nuntiata non fuit.* Deinde addit: *Beati viri tui, & beati servi tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.*

Iubens & ego hodierna festivitate Christianum quemlibet invitavero, ut congregiamur unâ in Jerusalem, & plateas ejus auro fulgidas circumcuntes, contemplerur ordines famulantium Regi æterno, & habitacula eorum, jubulumque mentis in voce exaltationis & confessionis sub vexillis triumphalibus. Cum autem nos miseri simus & inopes ipsi autem divites & misericordes, mendicabimus ab eis quæ necessaria nobis sunt, nec repulsam patiemur. Sex vero stationes ibidem faciemus, ut attentè singula contemplerur.

Prima erit apud mansionem Patriarcharum & Prophetarum.

Secunda apud mansionem Apostolorum.

Tertia apud mansionem Martyrum.

Quarta apud mansionem Confessorum.

Quinta apud mansionem Virginum.

Sexta apud mansionem puerorum innocentium.

Hic poterimus agnoscere, quam verò pictum: *O Israel, quam magna est domus Dei!* Hic etiam intelliget poterimus cur Dominus dixerit: *In domo patres, sicut in domo manjones, nullas sunt.*

LECT.
In 6. Stationes divisa.

1. Reg. 10.

Psalm. 41.

T. Scatio.

Primo inter famulantes Deo ab Ecclesia invocantur Patriarchæ & Prophetæ. Sittamus hic paululum, & consideremus in hac mansione primam quinam habitent. Si introspicimus, agnoscemus ubi Abel, primum illum electum propter cordis innocentiam, Adamum quoque patrem ejus electum propter pietatem, Noë propter justitiam, Abraham propter obedientiam, Isaac propter fidem & sinceritatem, Jacob propter devotionem, Joseph propter castitatem, Moysen propter mansuetudinem, Phinees propter zelum, Job & Tobiam propter patientiam, Davidem & Ezechiam propter humilitatem & pietatem. Ibi invenimus Isaiam, Hieremiam, Joannem Baptistam, & alios Prophetas, cum Machabæis pueris, qui necati fuere propter veritatis manutationem, & electi ob insignem constantiam. Sed & ibidem cernere est centum quadraginta quatuor millia signatos ex omni tribu Israël. Ergo hic meritis reperimus: *O Israel, quam magna est domus Dei!* Hi omnes velut exercitum constituant, ex illis constitutum qui militarunt sub protectione Dei Jacob, atque in triumphali suo labaro pro eologio inscriptum habent: *Hæc est generatio querentium Dominum quarentium faciem Dei Jacob.*

Psal. 117.

Voces exultantium

Pat. & Prop.

Exod. 34.

Exod. 33.

Ibi vox exultationis & salus in tabernaculo juistorum. Ibi Moyses non in foramine petreæ, sed in facie divinæ perenni contemplatione in clamat, & æternum in clamat: *Dominus Deus, misericors & clemens patiens & multa miserationis, & verax qui custodit misericordiam in millia.* Jam non ei necesse est suppliciter dicere Domino: *Si inveniam gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te.* Nec necesse est ei rursus ut olim repetere instantissimè: *Ostende mihi gloriam tuam.* Jam mirum perfecte completum est quod Dominus ei tunc promisit: *Ego ostendam tibi omne bonum.* Jam non amplius ei dici potest: *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & vivet.* Jam sublatum est velum omne quod faciem tegebat, & solum humeros ostendebat.

Psal. 71.

Psal. 83.

Psal. 41.

Similiter David in voce exultationis & sono eupulantis ubi nunc in clamat: *Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Et rursus eodem perenni jubilo in sonat: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Non ei necesse est ultra ingemiscere: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte, Æm dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?*

3. Reg. 17.

Joan. 1.

Sic & Elias vita Dei, quæ est vita per essentiam & fons vitæ, vitam hauriens perpetuam, meritò nunc repetit perenniter illud sibi dum inter mortales ageret familiare: *Vidi Dominum Deus Israel in cuius conspectu isto.* Stat utique in conspectu Dei, in conspectu illius de quo dicitur: *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Non ei necesse est ultra timere Dominum transeuntem cum spiritu grandi & forti sub veste nite montes, & conterente petras, nec

pitantem transeunte Domino. Non ei etiam necesse est in sibilo aure tenens (in quo alloquitur eum Dominus) operire vultum suum pallio quia jam datur facie ad faciem, ore ad os loqui, sine intermedio, sine operimento, & gloriati in divini vultus splendore rutilo.

Denique, jam ibi Isaias Propheta, ex omnium sensu & consensu, in sonat perperim: *Nec oculus vii. In 64. dit, nec auris audivit, nec in car hominis ascendit, quod a Cora. preparasti Deus diligenteribus vi.* Jam apertius videt Dominum sedentem super solium excelsum, & cum Seraphicis spiritibus concinit: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, nec ab hac laude cessabit in perpetuum.*

Inclamemus in hac statione apud hæc mansionem: *Omnes SS. Patriarchæ & Propheta orate pro nobis.* Mendicemus hic opportune, impetrans, fidei candida & spei firmitatem quæ emicuerunt, & pro salute anime inter negotia sæculi imploremus benedictionem, ut corum vestigia sectari valeamus. Ipsi enim mita, licet fragiles & lutea vasa portantes, inter proles & famulos; inter domestica negotia, inter opes & sæculi tricas ad portum pertigerunt salutis, licet tantam gratiam, tantaque media tunc temporis non daret Deus, quam hoc tempore consummate redemptionis. Nemo ergo se exulet in quolibet statu, ne quidem in conjugio, super difficultate sequenda salutis, ob proles, ob familiarem, ob negotia. Hi enim satis ostendunt quomodo & inter hæc justitia erga proximum, fidelitas erga Deum, & temperantia erga seipsum, cordis denique innocentia servari possit, sicque gressus figi inter temporalia, ut non amittantur æterna.

Secundo, invocatur ab Ecclesia Apostoli, & Evan. II. Scatio. Scelista, ac Discipuli Domini. Hæc est secunda mansio, ad quam etiam juvabit quantumvis sistere gradum, & considerare quinam sint illi qui ibi habitent. Sed hoc nos statim edocemur, attentius contemplantes vexillum coloris ignei sub quo ritumphant, cui in superiore parte inscriptum legimus: *Nos ipsi primitias spiritus habentes legatione fungimur pro Christo.* In inferiori autem parte hoc habet Elogium illud idem vexillum. *Isti sunt qui plantaverunt Ecclesiam sanguine suo.* Ex celluerunt nimirum Apostoli gratia donis & abundantiam spiritus super Patriarchas & Prophetas, ceterosque veteris Testam. mentis Sanctos; ideo etiam eos excellunt in gloria. Rapuerunt gloriam & coronam, non otio aut delictis, sed laboribus indicibilibus, perfectionibusque & sanguine. Pertingerunt ad regnum & triumphum, quidam eorum per crucem, ut Petrus, Andreas, Philippus, alii per gladium, ut Jacobus & Paulus, alii aliis tormentis; omnesque in sacrificium & victimam Regi Christo se voverunt, ut regi redderentur consortes, & adipiscerentur primatum & principatum inter fratres. Mhi ergo lauat triumphatores, & amici Dei, qui contemtores iusta Principum meruerunt præmia æterna, modo coronantur & accipiunt palmam.

galyam. Ipsi totum mundum devictum in triumphum duxerunt, & Christo Regi suo devoverunt, spolia ampla & trophæa in caelum invehentes, tot felices animas ad fidem & salutem traducas. Unde non solum agunt in mansionibus suis, sed populis illis gloriosè sunt cincti, quos Christo acquisiverunt, quia verum est illud S. Gregorii hom. 17. in Evang. *Ibi apparet Petrus trahens post se vitulam conversam.* Ibi Paulus conversum, ut ita dixerim, ducens secum mundum. Ibi Andreas Aethiâ, Iohannes Asiam, Thomas ducet Indiam. Ibi omnes Dominici greges arietes cum animarum lucris. Hoc ipsum est quod dicitur Apostolus: *Quæ est spes nostra & corona gloria? Nonne vos ante Dominum Iesum Christum in adventu eius? Cùm igitur Apolito triumphantes cum populis innumeratis se conversis in regno celesti conspicimus, rursum dicere licet. O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius!*

Ibi denique Paulus ætæternam gratias agit Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem forei Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum gloriæ dilectionis sue. Sed quoniam ab hac Apostolorum gloriosa & opulenta mansionem non decet nos recedere vacuos, pulsemus & clamemus inflat mendicorum, ut spiritum Dei verum ab iis participemus, ut fervorem zelumque gloriæ Dei obtineamus, quo possimus in omnibus sedulo & sincere gloriam divinam animarumque salutem quærere, vestigia Apostolorum sectantes vel à longè. Dicamus ergo forti & ex intimo cordis prodeunte voce: *Omnes sancti Apostoli & Discipuli Domini, erate pro nobis.* Nec vereamur importuni esse, divites enim sunt & misericordes. Imò importuni sumus, sicut cæcus evangelicus & Chananaea, ut dicant Domino: *Dimitte eos, quia clamant post nos.*

Coloss. c.
Ab his postulantibus zelus gloria Dei.

Matth. 11

Voces exultantium Apost.

Neque verò deest in his eorum tabernaculis vox exultationis, & vox laudis jugiter resonantis.

Matth. 17.

Ibi Petrus Apostolorum coriphæus clamat, & ætæternam inelamabit: *Bonum est nos hic esse.* Nec de eo poterat dici sicut olim in monte Thabor; *Nesciebat quid diceret;* quia verè nunc non stultam percipit dulcedinis & bonitatis, sed perfectissimè possidet summum bonum omne, bonum, à quo nunquam divelleat. Jam plenius agnoscit illud à se olim pronunciatum: *Domine verba vitæ æterna habet, ad quem ibimus?*

Iob. 6.

Ibi Iohannes dilectus Domini in sinu eius securus quiescit & de pectore tanquam fonte vitæ haurit cum gaudio copiosissimè, & inelamat cum jubilatione in medio Angelorum & seniorum, inter millia millium: *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, amen.* Ibi non ultra necesse est ei fletu, quia videt librum illum mysticum, scriptum intus & foris, per Agnum apertum, & in eo legit aperitissimè & gaudiosissimè quæ scripta sunt, & gratias agens adorat viventem in sæcula sæculorum.

Apoc. 7.

Apoc. 5.

Iacob. 1.

Ita Iacobus perfectius quam olim resonat, & penitenter ref. nabit illud: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Ipse nimirum possidet optimum & perfectissimum omnium donorum à Patre luminum in loco voluptatis, in lumine videns lumen in Patre Filium; nec hæc lux eumquam immutabitur, aut obumbrabitur succedentibus tenebris O datum optimum! O lumen & veritas! O indeficiens & immutabilis æternitas!

Ioan. 20.

Ibi Thomas perenno júbilo decantabit illud: *Domine meus & Deus meus.* Et id quidem felicitus quam olim, & contractu beatorum, depulsa omni obscuritate & caligine. Nec ei ultia ex probabitur: *Quia vidisti me, credidisti.* *Vitæ sorigere.*

Tertio invocantur ab Ecclesia, omnes sancti Martyres. Habent & hi specialem suam mansionem apud quam etiam nobis statio perutilis erit, considerando quinam degant in hac terra mansione. Hoc verò nos edocere poterit Labarum & vexillum purpureum sub quo triumphant. Porta huius mansionis ad pensum in signum victoriæ. Si igitur quæras qui sint isti Triumphatores, qui Principes palacium istud inhabitantes, respondebit tibi Angelus idem, quod S. Joanni idipsum inquirenti: *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lavaverunt stolas suas in sanguine Agni.* Hoc ipsum est quod in ista lemmatis in superiori parte. Vexilli eorum scriptum legere potest. In inferiori autem parte hæc est epigraphe: *Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.*

III. Statione Mart.

In mansione Mart.

Apoc. 7.

Psal. 65.

Trophea Martyr.

Illic igitur cernere est inter primarios Stephanum gloriantem in suis laxis, quorum turbine fuit obrutus Laurentium cum craticula, Sebastianum cum sagittis, Adrianum cum incude. Quintinum cum hastili quo fuit transfusus, Victorium cum Molendino in quo fuit ventilatus & attitus. Agapitum prunis ardentibus coronatum, cæterosque cum instrumentis sui supplicii, quasi cum trophæis & facis symbolis victoriæ. Saltem eorum unumquique circumfert notam aliquam martyrii quod subit, & hoc ad accidentalem eorum spectat gloriam. Quia verò innumeri sunt Martyres ab initio novæ Ecclesiæ tot persecutionibus exagitata, ita ut Romæ extent plusquam trecenta Martyrum millia: ideo & hic ex clamare licet, eorum numerum per univèrsam orbem ab initio in finem usque sæculi contemplantando: *O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius!* Certe nonnulli existimant quolibet die anni facile posse coli & numerari triginta millia Martyrum: cum autem quotidie crescat numerus in variis partibus orbis, & in fine sæculi per Antichristum & ejus fautores mire sit augendus, quam magna est domus Dei, quæ hos omnes milites complectatur.

plectitur triumphantes, & per choros varios jubilantes!
 Voces exultantium martyrum.
 Psal. 10.

Auditor urique in his tabernaculis electorum militum vox exultationis, & vox laudis perennantis.
 Ibi S. Stephanus aeternam laudem resonat: Domine prevenisti me in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite meo coronam de lapide pretioso. O felicia lanna, quae in rutilantes gemmas sunt conversa, ut aeternitatis coronam gloriosam conficiant!

Ecol. 51.

Ibi S. Laurentius cum gratiarum actione numquam interruptenda exclamat: Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum, quia in medio ignis factus es mihi adiutor. Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti & non est inventa in me iniquitas. O felix ignis cor probans, & tamquam aurum examinans, divinique amoris ignem inflammans, dum ad illum perducit de quo dicitur: Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.

Psal. 16.

Ibi S. Vincentius cum Laurentio consonans jugiter canit: Adhast anima mea post te, Deus meus, quia caro mea cremata est pro te. Me suscepit decora tua.

Can. 8.

Ibi S. Sebastianus reperit cum perenni exultatione illud: Tenuisti arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam, misit in venibus meis filius pharae suae. Nunc quidem amoris divini sagittis confixus jubilat, quia haec verè sunt filiarum pharae Domini, & jacula amabilia in sempiternum.

Psal. 62.

Ibi S. Clemens in mare projectus cum anchora propter fidem & amorem Domini, in saecula saeculorum resonabit: Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Sic & alii Martyres de tormentis suis miram laetitia & jubilibus afficiuntur, & illud Apostoli in clamare poterunt cum securitate: Quis nos separabit a charitatis Dei qua est in Christo Jesu? An persecutio? An gladius? An Angustia? An periculum? in his omnibus superavimus propter eum qui dilexit nos.

Thom. 3.

Ab hac mansione non redeamus vacui, sed quoniam ideo sanguinem fuderunt, & mortem Martyris obierunt, ne Deum offenderent negando vel dissimulando fidem, emendicemus ab eis spiritum constantiae, & propositum firmum potius mortem subeundi per qualibet tormenta: quam gratiam Dei amittendi. Hoc propositum firmabitur in nobis, si coram exempla ante oculos cordis nostri proposuerimus. Sic S. Chrysostr. nihil magis horrens quam peccatum, & civitatis sua fugatus, eo quod nollet consentire Imperatrici Eudoxiae, exempla Martyrum sibi proponit, nihil timens aut curans, & ita loquitur secum: Si Imperatrix me proscribere volet, proscribar: Domini est terra & plenitudo ejus. Si servum discindere discindat: Isaiam habeo exemplum. Si me in mare vult projicere, Iona recordabor. Si in carcerem projicere, habeo tres illos juvenes qui illud genicularum: Si me bestiae vult obicere, Danielis mansuetudo in laeum coniecit. Si lapidare me vult, Stephanum habeo Protonaryrem. Si caput auferre habeo Joannem Baptistam. Si substantiam alimere, adimat sanè. Nudus egressus de ventre matris, nudus revertar. Exhortatur me Apostolus: Si adhuc hominibus placere Christi servus non essem. Armatus me & David: Loquebar in conspectu Regum, & non confundabar. Clamemus igitur ad hanc portam: Omnes SS. Martyres. orate pro nobis.

Can. 8.

Ibi S. Clementis in mare projectus cum anchora propter fidem & amorem Domini, in saecula saeculorum resonabit: Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Sic & alii Martyres de tormentis suis miram laetitia & jubilibus afficiuntur, & illud Apostoli in clamare poterunt cum securitate: Quis nos separabit a charitatis Dei qua est in Christo Jesu? An persecutio? An gladius? An Angustia? An periculum? in his omnibus superavimus propter eum qui dilexit nos.

Thom. 3.

Ab hac mansione non redeamus vacui, sed quoniam ideo sanguinem fuderunt, & mortem Martyris obierunt, ne Deum offenderent negando vel dissimulando fidem, emendicemus ab eis spiritum constantiae, & propositum firmum potius mortem subeundi per qualibet tormenta: quam gratiam Dei amittendi. Hoc propositum firmabitur in nobis, si coram exempla ante oculos cordis nostri proposuerimus. Sic S. Chrysostr. nihil magis horrens quam peccatum, & civitatis sua fugatus, eo quod nollet consentire Imperatrici Eudoxiae, exempla Martyrum sibi proponit, nihil timens aut curans, & ita loquitur secum: Si Imperatrix me proscribere volet, proscribar: Domini est terra & plenitudo ejus. Si servum discindere discindat: Isaiam habeo exemplum. Si me in mare vult projicere, Iona recordabor. Si in carcerem projicere, habeo tres illos juvenes qui illud genicularum: Si me bestiae vult obicere, Danielis mansuetudo in laeum coniecit. Si lapidare me vult, Stephanum habeo Protonaryrem. Si caput auferre habeo Joannem Baptistam. Si substantiam alimere, adimat sanè. Nudus egressus de ventre matris, nudus revertar. Exhortatur me Apostolus: Si adhuc hominibus placere Christi servus non essem. Armatus me & David: Loquebar in conspectu Regum, & non confundabar. Clamemus igitur ad hanc portam: Omnes SS. Martyres. orate pro nobis.

Can. 8.

Ibi S. Clementis in mare projectus cum anchora propter fidem & amorem Domini, in saecula saeculorum resonabit: Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Sic & alii Martyres de tormentis suis miram laetitia & jubilibus afficiuntur, & illud Apostoli in clamare poterunt cum securitate: Quis nos separabit a charitatis Dei qua est in Christo Jesu? An persecutio? An gladius? An Angustia? An periculum? in his omnibus superavimus propter eum qui dilexit nos.

Thom. 3.

Ab hac mansione non redeamus vacui, sed quoniam ideo sanguinem fuderunt, & mortem Martyris obierunt, ne Deum offenderent negando vel dissimulando fidem, emendicemus ab eis spiritum constantiae, & propositum firmum potius mortem subeundi per qualibet tormenta: quam gratiam Dei amittendi. Hoc propositum firmabitur in nobis, si coram exempla ante oculos cordis nostri proposuerimus. Sic S. Chrysostr. nihil magis horrens quam peccatum, & civitatis sua fugatus, eo quod nollet consentire Imperatrici Eudoxiae, exempla Martyrum sibi proponit, nihil timens aut curans, & ita loquitur secum: Si Imperatrix me proscribere volet, proscribar: Domini est terra & plenitudo ejus. Si servum discindere discindat: Isaiam habeo exemplum. Si me in mare vult projicere, Iona recordabor. Si in carcerem projicere, habeo tres illos juvenes qui illud genicularum: Si me bestiae vult obicere, Danielis mansuetudo in laeum coniecit. Si lapidare me vult, Stephanum habeo Protonaryrem. Si caput auferre habeo Joannem Baptistam. Si substantiam alimere, adimat sanè. Nudus egressus de ventre matris, nudus revertar. Exhortatur me Apostolus: Si adhuc hominibus placere Christi servus non essem. Armatus me & David: Loquebar in conspectu Regum, & non confundabar. Clamemus igitur ad hanc portam: Omnes SS. Martyres. orate pro nobis.

Can. 8.

phanum habeo Protonaryrem. Si caput auferre habeo Joannem Baptistam. Si substantiam alimere, adimat sanè. Nudus egressus de ventre matris, nudus revertar. Exhortatur me Apostolus: Si adhuc hominibus placere Christi servus non essem. Armatus me & David: Loquebar in conspectu Regum, & non confundabar. Clamemus igitur ad hanc portam: Omnes SS. Martyres. orate pro nobis.

Quando invocantur ab Ecclesia Pontifices beati, seu episcopi, omnesque Sancti cujuslibet Ordinis & Ratus, qui vocantur Confessores, quia in confessione nominis Domini & professione vitae sanctae haec vitam peregerunt. Sicut & hic, & haec sunt nobis quarta mansio variis distincta habitaculis. Hic agunt non solum Ecclesiae Doctores, Episcopi, Pastores, cum gregibus & populis, qui secum in gloriam perduxerunt, sed etiam Religiosi omnes cujuslibet ordinis, qui saeculum calcantes professi sunt caelo se vivere, & confessi sunt se non aliam vitam nisi Jesum, & hunc crucifixum, cui totam vitam suam devoteverunt. Ibi ergo agnosce potest S. Antonium cum innumeris Anachoretis & Eremitis, qui mundo relicto desertum petierunt. Ibi Basilii, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Benedicti, Bernardi, Dominici, Francisci, Bruno, & alii ordinum Institutores cum innumeris Religiosis. Hi autem in oratorio suo circumphali carulei & hyacinthini coloris inscriptum illud pro lemmate habent: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Agnoscentur hic sicut milites diversae cohortis per sagum & vestes diversae coloris, & per insignia Ducum suorum. Cum autem adeo magnus sit eorum numerus, cursus hic exclamare libet: O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis ejus!

Hi autem qui ex conjugio, per viam patientiae, poenitentiae, humilitatis inter saeculi fluctus ad portum & regnum pertigerunt, viceruntque in mundo mundum, in carne carnem, in occasionibus & illecebris peccati peccatum & infernum, in Labaro suo triumphali inscriptum gestant illud. Constitubimus ei in aeternum, quia nobiscum fecit misericordiam suam. Erit autem in ipsis diversitas meritum, & consequenter diversitas gloriae correspondente meritis. Et sicut in terris diversitas est admirabilis in facie exteriori hominum: sic erit & in caelis diversitas faciei interioris animarum. Stella à Stella differit in claritate, sic erit & in glorificatione. Propterea etiam Deus diversas vias, diversaeque media instituit, quibus omnes possent ad gloriam pertinere. Quidam per viam paupertatis & humilitatis: Beati pauperes & humiles spiritus. Qui dixerit ad egenos: Beati misericordes. Quidam per viam charitatis, mititatis, pacis: Beati misericordes. Beati pacifici, gloriam. Quidam per viam poenitentiae, afflictionis, persecutionis: Beati qui lugent, Beati qui persecutionem respiciunt. Omnes denique pertingunt qui habent mundiciem

mutabilem cordis, quia hi Deum videbunt. Sic ne-
mo se exolet, quia regnum istud variis modis ac-
quiritur. Alii illud rapiunt aperte, alii furantur oc-
culte, alii emanant solliciti, aliis datur quodammodo
gratis pro calice aquae frigidae: *Uli enim qui dederit
potum aquae frigidae, dabit Dominus fontem vitae,*
inquit S. Chrylogogus, agens hac dete. Denique,
quod a quibusdam sanguine emittitur, aliis petentibus
datur: *Peccato & accipietis, ut gaudium vestrum
sit plenum.*

Joan. 19. **Multiplex**
Confessorii
jubilum. Ibi potest multiplex inter Confessores Domini
jubilitus triumphantis. Ibi S. Augustinus merito aeterna
jubilatione poterit repetere illud a se in Confessio-
nis tanto affectu, pronunciatum: *In pace, in id-
ipsum dormiam, & requiescam. O in pace in idipsum!*
Aug. ser. *Qui dixit: Dormiam & requiescam!* Et rursus alibi:
Apoc. 17. *O israel, & amare! & sibi parere! ad Deum pervenire!* Non
ultra necesse habet clamare nocte & die: *Noverim
te, noverim me.*

Cam. 1. Ibi S. Bernardus in clamat mellifluis amore aeterna-
Cam. 3. que fruitione: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui
passitur inter lilia. Inveni quem diligit anima mea,
sensui nec dimittam eum. Jam non ei amplius dilectus
instar falcisculae myrrhae inter ubera; quia
omnis amaritudo recessit, nihil nisi suavitatis & dul-
cedo successit: plenissimus est amor, nullus ei mistus
amaror.*

Esa. 8. Ibi S. Franciscus repetit jugiter cum jubilo: *Deus
meus & omnia, Deus meus & omnia. O portio mea in
terra viventium!* Et rursus: *Ecce ergo, & parvi mei,
quos dedit mihi Dominus in portentum.*

Psal. 115. Ibi S. Dominicus resonat petenti gratiarum ac-
tione illud: *O Domine, quia ego servus tuus, ego ser-
vatus tuus, & filius ancillae tuae MARIAE! Diripisti vin-
cula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis permanenti.*

Isa. 12. Ibi S. Edmundus ultimam quam pronuciavit
moritendo vocem, merito potest tota mente exultatione
repetere: *Amodo hauriamus aquas de fontibus
Salvatoris, fugit enim ad fatietatem de fonte salu-
tatis, de fonte vitae.*

Psal. 137. Ibi S. Ludovicus eandem quam expirans jugiter
vocem insonat: *in conspectu Angelorum psallam tibi,
adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor no-
mini tuo.*

Ab his do- Non recedamus etiam ab hac mansione, nisi ali-
na virtu- quid participaverimus de eorum abundantia & plen-
um qua- tudine: Et quoniam omnigenae virtutis exempla
renda. nobis exhibuerunt in terris, impetremus ab eis do-
num verae humilitatis & mansuetudinis, verae pa-
tientiae & sobrietatis, ut tandem ad eorum pertin-
gere valeamus confortium per eadem exempla &
vestigia. Inclamemus ergo hic ex sincero corde:
Omnes sancti Confessores, orate pro nobis.

S. Statio. **In mansio-** **nis Virgi-** **num.** Quinto invocat Ecclesia sanctas Virgines, qua-
rum aliquae sexum vicerunt & saeculum eum
illicebis suis, per calliditatem & puritatem car-
nis & mentis: aliae etiam virgineum pudicitiae flo-
rem sanguine suo propter fidem, & amorem Jesu

Christi purpurarunt: Ad has igitur inclamat: *Omnes
sanctae Virgines, orate pro nobis.*

Sistamus & hic, contemplantes chorum hunc
virgineum, in lucidis suis tabernaculis & mansio-
nibus triumphantem. Ibi agnosceamus S. Agnetem, *Insignis*
Agno suo cum puritate adblandientem, a quo & *Virginum,*
nomen accepit. Ibi contemplari poterimus S. Ca-
tharinam cum tori sua jam inimicos rotantem, vi-
ctoriamque de eis aeternam reportantem. Ibi ceterum
S. Barbaram cum palma & gladio, symbolis
martyrii sui perspicuis. Ibi S. Dorotheam intueri li-
cebit in horro & paradiso sponsum flores & fructus
odoratissimos colligentem, quorum odor perda-
rabilem temptatum. Ibi Agatha cum laminis & for-
ficibus, quibus ejus corpus adustum mamillaque
excruat fuerunt. Ibi Ursula cum fodalibus suis
undecim millibus in victimam putam Deo immo-
latis. Ibi denique ceterae Virgines castitatis & marty-
rii gloria conspicuae, & quidem unaquaeque cum
nota speciali victoriz per martyrium acquiritae.
Tantus potest earum est numerus, ut exercitum ho-
bis innumerabilem consent, ita ut dum earum con-
templamur amplissimam mansionem, ex admiratione
ne inclamare liceat: *O Israel, quam magna est Domus Baruch. 3.*
Dei, & ingens locus possessionis ejus! O Domine Deus
exercituum, quam potens es, & quam sanctus, quia
ex foemineo sexu adeo fragili exercitum etiam tibi
colligis, de carne & Satana per sanctissimam calli-
tatis triumphantem.

Triumphantem autem haec Virgines sub Vexillo ru-
bei & albicantis simul coloris, cui in superiori parte
in scriptum est illud Sponsae: *Dilectus meus candidus
& rubicundus, electus ex millibus.* Eodem igitur
colore gloriantur cum Sponso & Duce suo. In inferi-
ori autem parte scriptum leges illud: *Virgines sunt*
& sequuntur Agnum quocumque ierit. Secutae sunt
agnum in hoc saeculo per viam humilitatis, puritatis,
innocentiae, mansuetudinis, patientiae, & crucis:
nunc sequuntur & cum in gloria quocumque, sum du-
centes.

Quapropter cum jubilo triumphali decantant
canticum hoc in sequela Agni, novo & speciali
fruente gaudio inter electos. Sequuntur Agnum
per gaudia, qualia nec in ipso regno Dei ceteris non vir-
ginibus erunt sed a ceterorum omnium gaudiorum sor-
te distincta, inquit S. Augustinus *Gaudium virginum
Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum,
per Christum, propter Christum. Nam sunt aliae
aliae, sed nullus salus. Sic & S. Gregorius in Pastor 3.
p. ad monit. 9. de hoc cantico Virginum ait: Singu-
lariter canticum Agno cantare est cum eo in perpetuum
praesentibus Fidelibus etiam de incorruptione carnis gau-
dera. Quod tamen electi ceteri canticum audire possunt,
licet dicere nequeant; Quia per charitatem quidem in
illorum celsitudine laeti sunt, quamvis ad eorum praemia
non assurgant.*

Quam jucundam vero ibi audite virgines decantant.
Canticum.

SS. Virgines, & de incorruptionis munere tanto gaudium Agni exultantes!

Quam suave audire S. Ceciliam, musice virginialis Choragani, cantantibus organis tota animi jubilatione decantantem: Cor meum Domine & corpus mansit immaculatum, & ideo non confundar in eternum. Non jam cilicio vestitur, ut olim in caestodiam castratis: sed byllo splendenti & candido vestita adharet sponso in testimonium virginici amoris.

Quam dulcisonum canticum Agnetis in sequela Agri nive candidioris, illud repetentis perenni jubilo, quod olim dixit parentibus ad tumulum suum pernoctantibus: Congraue mecum, & congratulamini mihi: Ecce quod concupivi, jam video, quod speravi, jam teneo, ipsi sum juncta in caelis, quem tota devotione dilexi in terra.

Quam jucundum audire B. Agatham dulcisonam laudem & gratiarum actionem jugiter renovantem, quam Sponsus ejus cordi & ore, dum exspiraret, inspiraret: Gratias tibi ago Domine, qui me custodisti ab infantia mea, qui abstinuisti a me amorem seculi qui me carnis tormentis superiorum perstruxisti, & ad immarcescibilem coronam perduxisti.

Quam suave audire B. Dorotheam inter flores & fructus in paradiso Sponsi sui aeterni amoris voce resonantem: Ecce tu pulcher es Dilecti mi, & decorus. Lectulus noster floridus: Laxa ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, fulete me floribus, sicut me malu.

Quam amonum & laetum audire S. Catharinam exultantem, & cum gratiarum actione dicentem: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundabar. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribae velociter scribens.

Denique, quam gaudiosum audire ibi S. Anatholiam & Victoriam, sorores Virgines & Martyres, vocem illam perpetua jubilatione repetentes, quae coelitus olim ad ipsas delapsa erat: O Virginitas, quae non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versata! O Virginitas, tu es purpura regalis, quam qui induit, sedet alius eminentissus! O Virginitas, tu es gemma pretiosa & thesaurus Regis, felix qui te custodit.

Hoc nimirum est canticum novum, canticum jucundum, canticum supereminens, quod Virgines in sua decantant mansione, in Agni societate. Stemus ad portam mansionis earum, vel à longè sequamur sequentes Agnam, & ploremus, ut imploremus auxilium ad conservandam castitatem, unicuique secundum statum suum necessariam. Auxilio nobis caelesti opus est, & quidem continuo, quia teste S. Augustino: Interpretata Christianarum sola dura sunt praelibacritatis, ubi frequens est pugna, & rara victoria. Inclamemus, igitur corde & voce: Omnes sanctae Virgines, orate pro nobis.

6. Statio. Infantium cum baptismo decedentium, qui in mansione inno-centium.

Extrema mansio à nobis consideranda est, Infantium cum baptismo decedentium, qui in mansione inno-centium. Uti que sine propria offensa, sine proprio demerito, sine propria voluntate contraxerant à parente Adamo originis peccatum, & traditi erant ab illo potestati demonis, quasi gratis. Conveniebatur ergo & eos gratis liberari; hoc est, sine propria dispositione, sine proprio merito, per Christi gratiam & meritum eis in baptismo applicatum. O felices vos parvuli innocentes, qui secuti ad gloriam pertigitis adeo facili medio & remedio! O felices vos, qui non fuistis involuti in hoc mari undoso saeculi tot periculis, in quibus innumerae percutantur, nec torlaqueis, quibus multi inextricabiliter manent obligati! O quam feliciter navigatis, qui vix mare vidistis, & ad portum appulistis, mox à luce vitae adhuc in crepusculo suo exstante, ad vitam aeternam indeficientem lucem translati estis. Nos autem inter torfluidus, inter tot occasiones & scopulos, inter tot suggestiones & tentationes variis agitamus ventis: & suspirare cogimur anxii sub undis, quia sumus sine securitate salvationis. Et hoc quidem verum est etiam de quamlibet piis & sanctis in hac vita adhuc agentibus, quod felicitates sint illis infantibus mortui, si spectemus securitatem. Propterea cum dixisse Dominus de S. Joanne Baptista: Inter natos mulierum non surrexit major, sub-jecit: Qui autem minor est in regno caelorum, major est illo Joannes Patriarchas & Prophetas superabat splendore gratiae & cumulo meritum, At infantes majores illo, si comparentur cum ipso adhuc in hac vita agente, eo quod hominis tanta sit infirmitas, ut qualibet sanctitas, cum sit mutationi obnoxia, minor sit quam illa gratia in infantibus, quae jam est securitate donata. In hunc sensum S. Hieronymus id explicare videri, dum dicit: Omnis qui est cum Deo, major est illo qui adhuc est in praesidio. Aliud est enim coronam victoria possidere, aliud in acie pugnare Hieron in Matth. c. 11.

Habent porò hi pro jubilo suo triumphali voce illam exultationis, quam olim pueri Hebraeorum solenniter insonabant: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Habent & eadem cum Angelis vocem laudis, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. Unde & in versiculo eorum triumphali inscriptum leges illud. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et sane merito sanctum proclamant Deum exercituum, à quo sanctitatem gratis participarunt, sub quo & exercitum quendam constituitur, translati ad splendendum locum Angelorum, qui ceciderunt. Magnus certe numerus est ipsorum, quia per experientiam ceruimus magnam partem puerorum antea-

Brev. Rom.

Can. 1.

Psalm. 118. Psalm. 44.

Acto in martyrol. 2. Dec. 11.

Acto in glorandem exercituum in oratione in castitate.

1/a. 52.

Math. 11.

1/a. 6. Ex Psalm. 8.

quam

quam ad ætatem adultam pertigerint, ex hac vita excedere, & velut flores & fructus immaturos & præcoces adhuc in ortu suo ex hac sæculi arbore excidere.

Vos igitur Parentes considerate, quos proles præmissis in cælum, licet præmatura morte (ut vobis videbatur) extinctos. Illos in auxilium vocate, non despiciat vocem Matrum, quæ torlabores & gemitus, imò tor cruciatus pro ipsis perulerunt, sive mox ab utero, sive in ipso utero & partu. Illis ergo vos illud dicite: Omnes sancti innocentes, orate pro nobis. Et illud in Litanis agonizantium apud nos in Parochiali Leodiensi scriptum: Omnes sancti infantes, orate pro nobis.

Sed ad eorum mansionem pulsemus & nos, ut interveniant pro nobis ad gratiam obtinendam pro conservandâ gratiâ baptismali, & candida veste, nobis tunc tradita in symbolum puritatis acceptæ. Felix qui eam conservare potuerit, nam si eam vestem cruentaverimus peccatis & operibus malis, verendum ne flammis tradatur vindicibus, dicente Isaiâ: Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Quod si eam in pulvere & luto hujus sæculi quandoque conspurcaverimus, adhuc tamen per baptismum penitentiam possumus eluere, ut immaculatam tandem perferamus ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, & hoc ipsum nobis possunt impetrate. Inclamemus igitur confidente voce: Omnes sancti innocentes, orate pro nobis.

Isa. 9.

Conclusio.

Concludamus, & sparsim vota intelligentes, junctim omnia in cælum dirigamus, & dicamus: Omnes sancti & sancta Dei, intercedite pro nobis. O sancti Patriarchæ & Prophetæ, impetrate nobis fidem firmam & spem vivam, quibus velut duobus animâ pedibus ambulare valeamus per hujus vitæ fluctus cum securitate. O Apostoli & Discipuli Domini, impetrate nobis veram sapientiam, ardentemque zelum & charitatem, per quam Domini jugiter queramus gloriam & animarum salutem. O beati Martyres, impetrate nobis firmam constantiam, & stabile propositum, quoniam in Domino confirmemur, ut nunquam peccati mortalis reatam incurramus, nunquam ab ejus gratia excidamus. O sancti Confessores Domini, orate pro nobis, & impetrate veram humilitatem & mansuetudinem, veram patientiam & temperantiam, veramque penitentiam, ut his insistentes vestigiis vestris, ad civitatem cælestem, & consortium vestrum tandem perringamus. O beata Virgines, intercedite pro nobis, ut in puritate cordis, & castitate corporis, possimus Domino perfectè servire, & quia purus spiritus est, auxilium nobis impetrate, ut possimus eum adorare in spiritu & veritate. O sancti innocentes, & beati infantes, intercedite pro nobis, ut vestrum innocentiæ, quam maculavimus pulvere sæculi & operibus mortuis, eluere valeamus, & illam tandem immaculatam reddere. Jesu

Christo, vobiscumque & cum omnibus sanctis illum Sanctum & omnis sanctitatis Auctorem in sæcula sæculorum collaudate.

DE EODEM FESTO.

Lect. 62.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum. Matth. 5.

Homines hujus sæculi quandam beatitudinem constituent in rebus hujus sæculi, opibus honoribus, voluptate, prosperitate. Hoc & beatitudinem experientia & agnovit jam olim Propheeta: Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Quæ nam illa? Quorum filii sicut novellæ plantationes, filia circumornatæ, promptuarîa plena, oves fertiles, boves crassæ: quibus nulla adversitas, nulla ruina, nullus timor, sed securitas & copia omnis in domo & civitate. Interim ut tollat de felicitate & beatitudine erroneam illam opinionem e cordibus Filiorum Dei, dicit hæc esse beatitudinem Filiorum alienorum; quorum os locutus est vanitatem, quia & illorum vanitati cor adhæsit. Nempe hæc est felicitas, quæ ad sinistram pertinet, ut interpretatur S. Augustinus, hoc est, temporalis, mortalis, corporalis; quam etiam possidere possunt qui alieni sunt à Deo, alieni à regno, alieni à veritate, alieni à veris bonis & vera felicitate. Addicigitur, ut veram vitæ etiam hujus felicitatem & beatitudinem ostendat: Beatus populus cujus Dominus Deus ejus, sive in egestate sit aut copia, sive agant in honore aut ignominia, sive in adversitate sit aut prosperitate, sive in sanitate aut aegritudine. Hoc enim pro felicitate & beatitudine computat, quod seiat se ad Dominum spectare, Dominumque sui sollicitudinem gerere; tandemque speret eum perfectè possidere, & in illo tamquam summo suo bono quiescere: reliqua tamquam à latere respiciat vel despiciat.

Propterea etiam idem Rex & Propheeta alibi in clamat: Filii hominum usquequo gravis corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Quasi dicat: Verè vos filios hominum esse ostenditis, & terrigenas, corde semper ad terram & terrenam depresso; si enim filios Dei vos agnosceretis, & filios regni, illuc oculos & corrigeretis, despectis que terrenis & vanis, ad cœlestia & vera bona attenderetis. Certè dum caduca hæc bona adamatis & queritis, mendacium queritis, sunt enim illa mendacio plena & inania mentitur vobis voluptas carnalis, non est voluptas, angor est & dolor, si bene inspicitis: Habes hoc voluptas omnis, stimula agit fruentes, apumque par volantium, ubi: grana mella sudat, fugit, & nimis tenaci servis, ista corda morsu. Boet. l. 3. de consol. metro 7.

Mentitur vobis copiarum & opes, non vestre copia, nec veræ sui opes, quæ nec animam saluam, nec stabilem sunt. Mentitur vobis honor: si bene attenditis, non honores, sed onus, & quandoque vitæ cur in ludibrium privans vos, etiam honoris.

